non querit sed deum petit iudicem
et seipsum in testem non coram hominibus
sed coram deo qui testimonia novit
Erubescat igitur homo etiam soli-
tarius peccare presumens quia et
si deum non timeat saltem sue con-
sciencie testimonio erubescat Unde
Seneca libro de moribus Nullum
peccatorum tuorum conscium magis timu-
eris quam te ipsum alium enim effugere
potes te autem nunquam Et unusquisque
virtutis dedicus in exemplum testes si
habuerit prodest Nam sicut solis
radius sparsus pluribus proficit
rebus Sic vita beata videntibus
prodest Unde Therencius in adel-
phis Inspicere inquit tanquam in spe-
culo ut in speculo vitas hominum
iubeo Et Seneca ad lucillum
epistola vii Cum hiis versare qui
te meliorem facturi sunt Illos ad-
mitte quos tu potes facere meli-
ores Optimum quidem maiorum ve-
stigia sequi si recte precesserint
Unde katho proximus esto bonis si
potes optimus esse Nam teste Ovi-
dio libro 3o de arte amandi Tunc
bene fortis equus reserato carcere
currit Cum quos precedat quos que
sequatur habet Nimirum igitur si dominus
in ewangelio dicat luceat lumen
vestrum coram hominibus Tunc enim lu-
men dicitur lucere cum bonum opus
de foris in exemplum ostenditur proximo quam
periculo tamen assistens inservit
Verum obcecat Tibullus libro 2o Fe-
lix quicumque dolore alterius didicit
posse cavere suum Unde Ganfredus
in poetria Syrenes exemplar
habe doctus in illis Casibus in lect-
is semper peiora cave Nam syrenearum
cantus letificat sed submersio navi-
gantibus sequitur sequentur Quod
est tamen quod multi viciosos se dicunt
sed nec exemplum exhibent nec in-
ceptis bonis continuant Hoc for-
tassis ideo est quia virtuosi non sunt
sed tales putantur

## Capitulum septimum de bona consuetudine

Quod nova testa capit inve-
terata sapit Qui igitur
virtuosus fieri appetit sa-
piens est si iuvenis bene actus dis-
ponit pluribus tamen vivere virtuose
penale est nimis tamen cum intendunt
pene subiacent qua expugnat opus
virtuosum Cum igitur contingit nescio
nisi quia mala consuetudo con-
tracta per prava solita animum retardat
a bonis ad Galtherus in Alex-
andreidos libro 9o Consuetudo po-
tens est sed natura forcior est ipsa Ita quod
mala consuetudo allicit sed natura
non vincit Rursus et si mala con-
suetudo bona fit Unde Eumodius
ipse inquit difficiles veniunt ad
aratra iuvenci et pascenta pati fre-
na docentur qui feroces assiduo contra-
tur annis usu Nichil assuetudine
maius quod male feres assuefacto
feres Unde ex quibus ubi concluditur
quod sicut equus pastorefactor non
tremuit frenum annis quam feres ex-
sequenti usu consuetudine Sic et per
amplius doctus homo consuetudine
bona mediante virtuosus efficitur
Unde Seneca libro de moribus Edu


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg